

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 382

**Autre(s) référence(s) :** Round 159

**Auteur(s) :** Eugène III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1147, 13 avril

**Lieu d'émission :** Provins

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Bulle du pape Eugène III confirmative des biens et revenus de l'abbaye de Jumièges, ces biens situés à : Jumièges, Heurteauville, Mesnil[-sous-Jumièges], Yainville, Duclair, Trubleville (comm. Saint-Paër), Norville, Trouville[-la-Haule], Quillebeuf, Saint-Aubin-sur-Quillebeuf, Guiseniers, Genainville, Saint-Vaast[-Dieppedalle], Lémanville (comm. Saint-Vaast-Dieppedalle), Folny (comm. Fresnoy-Folny), Tourville[-la-Rivière], Gouy, Cottévrard, Hauville[-en-Roumois], Saint-Martin-du-Parc, Malleville[-sur-le-Bec], Le Landin, Pont-de-l'Arche, Jouy[-sur-Eure], Gauciel, Rouvray, Saint-Étienne-sous-Bailleul, Gauville[-près-Verneuil], Ouézy, Vieux-Fumé, Coulonces, Dame-Marie, Vimoutiers, Les Crouttes, Vernueil, Bû, Saint-Martin-de-Bouafle, Villejuif, Ivry[-sur-Seine], Montataire, Le Manoir, île de Hayling, « Withebornestock », « Chentona ».

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° LXVIII, t. 1, p.168-176.

b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 45, p. 114-117.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVII/2eéd.*, Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 9018, t. 2, p. 40.

Texte établi d'après a

Eugenius, episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Eustachio, abbatи Gemmeticensis monasterii ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri ut fidelis devocio laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et Gemeticense monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presenciarum juste et canonice possidet aut in futurum concessionе pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium

seu aliis justis modis, Deo propicio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : Gemeticum, videlicet in quo idem monasterium situm est cum ecclesia sancti Valentini, Hartevilla[m], Masnille cum ecclesia sancti Philiberti, Eudonis Villa[m] cum ecclesia sancti Andree, et ceteris appendiciis earum ; Durclerum cum ecclesia sancti Dionisii, medietatem Turbide Ville et jus quod habetis in ecclesia ejusdem ville, Nutrivillam cum ecclesia sancti Martini, Turulfivillam cum ecclesia sancte Marie, Chelebou cum ecclesia sancte Marie, Weneborch cum ecclesia sancti Albini, Gisiniacum cum ecclesia sancti Dionisii, Genestevillam cum ecclesia sancti Petri, et cum decimis et omnibus earum appendiciis ; ecclesiam Sancti Vedasti, ecclesiam de Hotot, capellam Lemainsville, ecclesiam de Foligniaco, ecclesiam de Turvilia, ecclesiam de Goiel, apud Cotevrart ecclesiam sancti Martini, et ecclesias de Bosco Berengerii et de Grosso Masnili, cum hominibus, terris et decimis que ad vos pertinent ; partem quam habetis in Halvilla ; portum qui dicitur Tutus cum hominibus et appendiciis suis ; Rothomagi ecclesiam sancti Andree. Item, in eodem episcopatu, ecclesiam sancti Martini Senis, ecclesiam de Smalavilla ecclesiam sancte Crucis de Landinco. In Ebroicensi episcopatu, Pontem Arche cum ecclesia, Gaudiacum, Wasiel et Rovretum, cum tribus ecclesiis sancti Petri ; in Longavilla, parrochiam que dicitur Altiz cum ecclesia sancti Petri, et terciam partem decime sancti Marcelli ; villam que dicitur Cantalupus cum ecclesia sancti Stephani, decimis et omnibus earum appendiciis ; ecclesiam de Gauvilla ; ecclesiam de Puteolis. In Sagiensi episcopatu, Osiacum cum ecclesia sancti Albini ; Vadum Fumatum cum ecclesia ; Colluncellas cum ecclesia sancti Paterni ; villam que dicitur Donnamarie cum ecclesia sancte Marie, cum decimis et reliquis earum appendiciis. In Luxoviensi episcopatu, Vimonasterium cum ecclesia sancte Marie ; Criptas cum ecclesia sancti Michaelis, decimis et earum appendiciis. In Carnotensi episcopatu, Vernolium cum ecclesia sancti Martini ; villam que vocatur Bou cum ecclesia sancte Marie ; villam sancti Martini cum ecclesia, decimis et reliquis earum appendiciis. In Parisiensi episcopatu, medietatem Ville Judei ; apud Ebriacum, hospites viginti. In Belvacensi episcopatu, apud Montem Tare, ecclesiam sancti Petri et sancti Leonardi cum appendiciis suis. In Baiocacensi episcopatu, ecclesiam sancti Petri de Manerio cum decima sua et terra ad eam pertinente ; in ipsa civitate, terram, domos et homines que ad vos pertinent, et decimam theloniae et vicecomitatus ipsius civitatis. In Anglia, majorem partem insule que Halangeia vocatur cum ecclesiis et tocius insule decimis ; apud Withebornestoch et Chentonam, ecclesias duas cum decimis suis et terris ad eas pertinentibus. Obeunte vero te nunc prefati monasterii abbatem, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astucia seu violencia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam, duxerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare ; sed omnia integra serventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva apostolice sedis auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica justicia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre concessionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non presumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscet et a sacratissimo corpore ac sanguine Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(Rota :) Dans les deux cantons supérieurs Sanctus Petrus et Sanctus Paulus ; dans les deux cantons inférieurs, Eugenius papa III ; en légende, † Fac mecum, Domine, signum in bonum. BENEVALETE.

† Ego Guido, presbiter cardinalis tituli sancti Grisogonii, subscripti.

† Ego Jordanus, presbiter cardinalis tituli sancte Susanne, subscripti.

Ego Eugenius, catholice ecclesie episcopus, subscripti.

† Ego Albericus, Hostiensis episcopus, subscripti.

† Ego Imarus, Tusculanus episcopus, subscripti.

† Ego Iacintus, diaconus cardinalis [sancte] Marie in Cosmydin.

Datum Pruvini per manum Hugonis, presbiteri cardinalis, agentis vicem domini Guidonis, diaconi cardinalis et cancellarii, idus aprilis, inductione .X., incarnationis dominice anno .Mº.Cº.XLVIIº., pontificatus vero domini Eugenii pape III anno. III.